GREGORIUS MAGNUS
Österreich, 12. Jh.
Seite 110v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26085
Copyright: Admont, Benediktinerstift

dis credideris. ad amorem cor que audieris nullatenus inflam
maris. Sed margo ante thalamos cubitus unus est. quia te fide
corda audientium dum in amorem copulat. quando per errores & scis
mata non est diuisa. sed in unitate perducat. ut uidelicet margo
unus cubitus audientis animum ad thalamum perducat. quia
celestis sponsi speciem quam hic predicat. per modum in celestibus
demonstrat. Vbi & bene subditur. Et cubitus unus finis utrique.
Vtrique. aiunt dicit. ac sic dicitur utrorumque. Et latitudinem quippe limi
nis & longitudinem postes. uetus ac nouum testamentum diximus
designari. Ad extremum uero addit. quod cubitus unus sit finis utrique.
quia uidelicet & testamentum uetus unum nobis mediatorem di
& hominum nuntiauit & testamentum nouum eundem nobis
nuntiat in eiusdem claritate uenturum. quem iam cognouimus
per nobis incarnatum. Cubitus igitur unus finis utrique est. quia & quem
lex predixit in carne apparuit. & ipse quem ne testamentum
nouum loquitur. in gloria maiestatis apparebit. & ut utrorumque
finis esset. cum uisus in diuinitatis suae potentia. omnia
que ante predicta complenerit Scriptum namque est. finis legis xpc
ad iustitiam omni credenti. finis uidelicet qui non consumit.
sed qui perficit. Tunc ceteri legem perficit. cum sic lex predixe
rat incarnatus apparuit. Sed adhuc de eius iudicio multa lo
quitur nouum testamentum. adhuc multa de regno illius nar
rat. que nec dum uidemus impleta. Ecce cotidie euangelium legitur.
uentura uita predicatur. Tunc igitur erit noui testamenti finis. cum
ea que de se dns promisit impleuerit. finietur uero testamentum
nouum. quia perficitur. Ita cum ipse loquitur. de quo uisus fuerit.
eidem testamento uerba cessabunt. Vnde & sancte ecclesie ueri
luminis die. quasi tempus uernale pastolatum per sponsi uo
cem dicit. Surge propera amica mea. columba mea. formosa
mea & ueni. Ita enim hiems transit. flores apparuerunt in
terra. Siue enim sancta ecclesia seu quaeque una electa anima. celesti sponso
est amica. per amorem. columba per spiritum. formosa per morum
pulchritudinem. Quaecumque ita de corruptione carnis edu
citur. ei peut dubio hiems transit. quia presentis uite

ymb abit & recessit.